

1631.

1309 d. 15 Aug.

Grenna.

Biskopen i Linköping, CARLS upplåtelsebref till Abbedissan Katarina i Wreta, under hennes lifstid, på Biskopstionden af klostrets församling.

A. 3. t.

Omnibus presentes litteras Insuper, KAROLUS dei gracia Episcopus lincopensis salutem in domino sempiternam Tenore presencium volumus omnibus elucere quod nos dilectis filiabus domine abbatisse et sanctimonialibus de claustrum wretum decimas nostras episcopales de parochia ipsarum ad dies domine katerine abbatisse nunc regentis quam diu ipsa prefuerit, duximus concedendas, In cuius rei evidenciam Sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum apud grennæ, Anno domini M^o. CCC^o, IX^o, die assumptionis sancte marie.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

1632.

1309 d. 16—21 Aug.

Wernamo.

PHILIP BJÖRNSSONS testamenteriska anordning af 50 mark penningar till Sigtuna kloster och en lika summa, att dela mellan andra kloster, kyrkor, hospital och fattiga, hvarföre jord i Grunsö pantsättes.

A. 3. d.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen Ego PHILIPPUS BJÖRNSSON sanus mente et corpore Testamentum meum condono et ordino per hunc modum, In primis meam eligo sepulturam apud fratres predicatores sictunie quibus lego quinquaginta marcas denariorum, Jtem quinquaginta marcas denar. deputo ad distribuendum monasteriis ecclesiis hospitalibus et pauperibus per executores huius testamenti mei pro solucione autem predictorum denariorum deputo vnam marcã terre sitam in grunsø Redimendam per heredes meos infra annum a tempore obitus mei computendam. (!) exequutores huius testamenti mei ffacio sigmundum kiældærsson, Magnum niclis son, philippum michaelis filium et dominum laurencium sacerdotem in Walby, In cuius Rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigilla sigmundi kiældærsson magni niclisson philippi michaelis filio (!) presentibus apponi peto, Actum apud værnæmo anno domini M^o CCC^o IX^o infra octauam assumptionis beate marie.

Sigillen bortfallna från de 4 ur brefvet klippta remsorna.